



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 94. Quædam summi Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII. responsis ad ejus dubia Pontifex novo
 A. C. 1674. decreto Ritus Sinenses hoc anno pro-
 hiberet: Hanc in rem eodem tempore
 vulgabatur scriptum, cui titulus: *Du-
 bia proposita a P. Dominico Ferdinando
 Navarrete Anno MDCLXXIV. proposita
 sacrae Congregationi generali S. Romanæ
 & Universalis Inquisitionis transmissa Fra-
 tri Laurentio Brancato postea Cardinali
 de Laurea, & Cajetano Mirabello Clerico
 Regulari cum horum responsis.*

§. XCIV,

*Quædam summi Pontificis Constitu-
 tiones.*

Bull. magn. Clem. X. Inter alias Constitutiones hoc anno e-
Bull. Carmel. tom. 3. manatas Clemens X. die decima
 tertia Martii declaravit, quod Carme-
 litæ Excalceati cum licentia sui Super-
 ioris in quocunque loco etiam extra
 Diœceses, ubi eorum Conventus con-
 sistunt, mendicare valeant, & Pontifex
 plurimum desideret, ne eos Ordina-
 rius, vel Ordinarii aut Franciscani
 præsertim de Observantia, eos impe-
 dian: Præcepit etiam Pontifex om-
 nibus Episcopis & Regularibus, ut
 ordinationes S. Congregationis de Pro-
 paganda fide observent. Exemit quo-
 que Episcopos & Vicarios Apostolicos
 in Sinis & Indiis ab omni Jurisdictione
 Ord-

Ordinariorum in locis ipsis assignatis, Sæc. XVII.
 simulque quasdam causas in Lusitana A. C. 1674.
 Inquisitione pendentes ad Inquisitionem Romanam evocavit, eique obediri voluit: Denique conventionem a Carolo Emanuele Sabauda Duce anno Christi millesimo sexcentesimo tertio factam, qua Genevensibus quædam bona ad Cathedralē Ecclesiam spectantia cesserat, irritam, nullamque declaravit.

§. XCV.

Carolus II. Angliæ Rex a Protestantibus indigne habitus ac vexatus.

Alieni Imperii impatientia, & propriæ dominationis ambitus, quem Calviniana secta inspirat, sensim Protestantes Anglos eo impulerat, ut infamem & feralem ludum, quo innoxium Caroli I. Regis sui sanguinem ante viginti quinque annos suo furori litabant, rursus instruere pararent: lidem omnino Senatores, qui paulo ante hosce parricidas publica execratione dignos censebant, nunc ipsimet eandem in Carolum II. fabulam cudebant, non alia ex culpa, nisi quod Rex magis humanus, & minus, quam exoptassent, crudelis in Catholicos fuerit: præprimis igitur in apertas querelas
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Yy ad-

*Rapin Hist.
 d' Angl. l. 23.
 tom. 10.
 Salmon hist.
 Chron.
 d' Angl. t. I.
 p. 354.*